*Iuſſit Socrates in ſpeculum inſpicientibus adoleſcentulis, turpes quidem rectificari uirtute: pulchros autem non deturpare malicia ſpeciem.*

*Iſocrates inquit. Oportet magiſtros multã mercedem capere à diſcipulis. Ab ingenioſis quidem quoniam multa diſcunt. Ab obtuſis autem: quoniam multos labores exhibent.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

NOBILI ET EXIMIO VIRO I.V.
*ac geminæ literaturæ doctiſſimo Ambroſio Ypphoſero de Ypphoſerſtal, Cuſtodi & Canonico Brixinenſi, Patrono ſuo, ac Mecœnati unico, Ottomarus Luſcinius Argentinus.*

S. D. *Viſum mihi perſæpe fuit, facturum te operæ pretium Ambroſi nobilitatis germanicæ, atq; adeo totius politioris literaturæ decus perenne. Si pro inſigni illa tua in utraq; lingua facultate, fœtura quapiam tanto ingenio non indigna, te & poſteris, & quod maxime omniũ uelim uernanti huic, ut uides, opti. literis ſæculo cõmendares. Quòd ex altero fructum quendam gloriæ ſenſu præſenti perciperes, qui ſementis tantarũ uigiliarũ tibi pœnitudinẽ adimeret, ex altero uitam omniũ longiſsimam, & memoriam pyramidibus quibuſuis ac coloſsis diuturniorem tibi poſsis polliceri. Vtrũq; cum primis optabile, niſi quòd inuenias qui uulgares applauſus, & profectam à muſsitante plebecula gloriolam excelſo animo norit deſpicere, at monumentũ quoddam ſui immortale inter mortales relinquere, nemo eſt qui non cupiat ex animo. Atq; poſterius illud quum ex iuſto æquo ꝗ mereatur uirtus, literæ tamẽ, & hæ ſolæ ſua benignitate id ſuppeditant, adeo, ut quod ad memoriæ perennitatem attinet, niſi adſint literæ, uirtus ſimul cum autho*

re intercidat neceſſe eſt. Notior eſt uox illa Macedonis Alexandri q̃ ut hic referatur Εὐδαίμονα νέος ὅς τοσαύτης σάλπιγξ ἦσε. Nimirum pro Homerici carminis qualitate Achillis uirtutem nunq̃ interiturã pronuntiantis. Quando igitur nihil iam eſt præter literas quod ab interitu hominẽ uindicare poſsit, perge mi doctiſs. Ἀμβρόσιε, eſſe quod diceris, atq; iſthuc imprimis curato quod labefactare nulla queat calamitas, non imminuere morbus, ad extremũ neq; mors ipſa eripere. Nihil mihi crede indole tua efficere poteris dignius, ſicubi à duodecim tabulis noſtris nimiũ anxiis ac tetricis, ad nouẽ muſas hilares plane ac periucundas diuerteris. Cæterũ ne rei huius præſentaneũ deſit exemplũ. En ego cotis uice functus, ut ait Flaccus, exors tamen ipſe ſecandi. Senarios quoſdam per otiũ uerſos in peregrinatione Romanenſi quã ſuperiori æſtate ſuſceperã, tibi, cui debeo omnia, nominatim dedico. Durã ſane prouinciã & impeditã, in qua non ſatis ſit ſententiã græci ſermonis & dictiones reddere, niſi etiã ſyllabas ipſas pari numero rependas, ſed de hoc rectius iudicabunt artifices. Nobis ſatis factũ hoc argumento arbitrabimur ſi intelligas laborem omnẽ tua cauſa ſuſceptum nobis uideri leuiorem τῷ νεάρχῳ τούτῳ φιλανθρωποτάτῳ Brixinenſi. Quippe à muſis & gratiis ipſis ad hanc celſitudinem accito, cupio uel uulgariter cõmendari. Vale.



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

## ΓΝΩΜΑΙ ΜΟΝΟΣΤΙΧΟΙ ΚΑΤΑ ΣΤΟΙΧΕΙΟΝ ΕΚ ΔΙΑΦΟ ΡΩΝ ΠΟΙΗΤΩΝ.

### εἰς ἀγαθοὺς ἄνδρας.

Νὴρ δὲ χρηστός, χρηστὸν οὐ μισεῖ ποτέ.
γνώμης γὰρ ἐσθλῆς ἔργα χρηστὰ γίγνεται.
ἐσθλῷ γὰρ ἀνδρὶ ἐσθλὰ καὶ δίδοι θεός.
ζήλου τὸν ἐσθλὸν ἄνδρα καὶ τὸν σώφρονα.
[illegible] ἀνδρὸς ἐστὶν ἀνθρώποις χρόνος.

### εἰς ἀλήθειαν.

ἡ γλῶσσα ἁμαρτάνουσα τἀληθῆ λέγει.

### εἰς ἁμαρτίαν.

αἰσχρὸν δὲ μηδὲν πράττε, μηδὲ μάνθανε.
δὶς ἐξαμαρτεῖν ταὐτὸν οὐκ ἀνδρὸς σοφοῦ.
ἔργων πονηρῶν χεῖρ ἐλευθέραν ἔχε.
ὁ μηδὲν εἰδὼς, οὐδὲν ἐξαμαρτάνει.

### εἰς ἀνάγκην.

ὑπὸ τῆς ἀνάγκης πάντα δουλοῦται ταχύ,
ὑπὸ τῆς ἀνάγκης πολλὰ ποιοῦμεν κακά.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

# SENTENTIAE SINGVLIS VERSI-
*bus morales, ſecundum græcarum litera-
rum ordinem, ex diuerſis Poëtis.*

## QVAE AD BONOS VIROS REFERVNTVR

*NOn oderit frugi bonum unquàm uir uirũ.
Mentem bonam, par eſt, benefacta conſequi.
Largitur & bono Deus uiro bona.
Secteris & modeſtum, & utilem, uirum.
Plane dies mores probat mortalium.*

## QVAE AD VERITATEM.

*Balbutientis lingua uera prædicat.
Qualis eſt ſtultorum infantum & ebriorum.*

## QVAE AD PECCATVM.

*Ne diſce turpitudinem, neu admiſeris.
Peccare denuo, haud prudentis eſt uiri.
Manum à malefactis contineto liberam.
Non peccat in re, cuius eſt quis neſcius*

## QVAE AD NECESSITATEM

*Neceßitati cuncta mox inſeruiunt.
Facere cogit mala multa nos, neceßitas,*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ἀνάπαυσίς ἐστι τῶν κακῶν ἀπραξία.
ἃ μὴ προσήκει, μήτ᾽ ἄκουε μήθ᾽ ὅρα.
βέλτιόν ἐστι σῶμά γ᾽ ἢ ψυχὴν νοσεῖν.
Εὔτακτον εἶναι τἀλλότρια δουλεύοντα δεῖ,
ἐλευθέρου γὰρ ἀνδρὸς τἀληθῆ λέγειν.
Ἐλεύθερον φύλαττε τὸν σαυτοῦ τρόπον.
Καλὸν φέρουσι καρπὸν, οἱ σεμνοὶ τρόποι.
Λάβε πρόνοιαν τοῦ προσήκοντος βίου.
Μακάριος ὅστις μακαρίοις ὑπηρετεῖ.
Ὅπλον μέγιστόν ἐστιν ἡ ἀρετὴ βροτοῖς.
Σαυτὸν φύλαττε τοῖς τρόποις ἐλεύθερον.
Ταμεῖον ἀρετῆς ἐστι σωφροσύνη μόνη.
Ψυχῆς ἐπιμελοῦ τοῦ σεαυτοῦ καθὰ δύνῃ.

## Εἰς ἀχαριστίαν.

Ἀχάριστος ὅστις εὖ παθὼν ἀμνημονεῖ.
Ἀεὶ δ᾽ ὁ σωθεὶς, ἐστὶν ἀχάριστος φύσει.
Ἀμβλύνεται καὶ τέθνηκεν ἡ χάρις.
Ἐπιλανθάνονται πάντες οἱ παθόντες εὖ.
Καλὸν δὲ θησαύρισμα κειμένη χάρις.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

## QVAE AD VIRTVTEM.

Dulce otium eſt bene feriatis à malis.
Ne cerne quæ parum decent, nec audias.
Corpus magis dolere quàm mentem uelis.
Non inſoleſcat qui ſuo non uictitat.
Verum loqui qui iuris eſt ſui, poteſt.
Curàto liber moribus uiderier.
Frugem bonam, mores decori, proferunt.
Prudentiam uitæ decentis accipe.
Beatus eſt inſeruiens felicibus.
Virtus uiris dat arma, multo maxima.
Seruato moribus bonis te liberum.
Virtutis eſt penus, ſola ipſa modeſtia.
Mentem tuam curato quatenus potes.

## QVAE AD INGRATITVDINEM.

Ingratus, eſt beneficij parum memor.
Semper leuatus è malis ingratus eſt.
Miſertus es, ſimulq́; gratia occidit.
Affectus ut quiſq́; ex bonis, fit immemor.
Theſaurus eſt ingens mereri optime.



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Μετὰ τὴν δόσιν, τάχιστα γηράσκει χάρις.
χάριν λαβὼν ἔυκαιρον, ἐυκαίρως δίδου.
χάριν χαρίζου, καθ' ὅσον ἴσχυες ὅμως.
χάριτας δικαίας καὶ δίδου καὶ λάμβανε.
χάριν λαβὼν, μέμνησο καὶ δοὺς, ἐπιλάθου.

εἰς βασιλέα.

ἀρχῆς ἐπιτετυχὼς ἴσθι ταύτης ἄξιος.
εἰκὼν δὲ βασιλεύς ἐστιν ἔμψυχος θεοῦ.

εἰς βίον.

ἀμελοῦντα τοῦ ζῆν, οὐκ ἔνεστ' εὐσχημονεῖν.
βιοῖ μὲν οὐδεὶς ὃν προαιρεῖται βίον.
βίος ἐστὶν ἄν τις τῷ βίῳ χαίρῃ βιῶν.
βίος κέκληται δ' ὡς βίᾳ πορίζεται.
βίος βίου δεόμενος οὐκ ἔστιν βίος.
γῆ πάντα τίκτει καὶ πάλιν κομίζεται.
ζῶμεν καὶ οὐχ ὡς θέλομεν, ἀλλ' ὡς δυνάμεθα.
οὐκ ἔστι βίον εὑρεῖν ἄλυπον ἐν οὐδενί.
τυφλὸν δὲ καὶ δύστηνον ἀνθρώποις βίος.
τὸ ζῆν ἀλύπως, ἀνδρός ἐστιν εὐτυχοῦς.
ὡς ἡδὺς ὁ βίος, ἄν τις αὐτὸν μὴ μάθῃ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Dato ſeneſcit gratia mox munere.

Apte datum, repone, dono accommodo.

Sis dando promptius, quatenus potes tamen.

Quæ iuſta ſunt dona, & dato, atq; ſuſcipe.

Bene immemor ſis facti, & accepti memor.

## QVAE AD PRINCIPEM.

Princeps ſtudebis dignus, is uiderier.

Princeps Dei uiuam refert imaginem.

## QVAE AD VITAM.

Supinus haud poteſt decenter uiuere.

Nemo unus uſquam uixit ex ſententia.

Id uiuere eſt ſolum, iucunde uiuere.

Vitam uocabis, quæ parta eſt uita optima.

Victu indigens, non recte uita dicitur.

Cuncta & parit tellus, rurſusq; illa accipit.

Dum non licet ut expeto, uiuo ut queo.

Vacuam malis uitam inuenire non licet,

Cæca, & parum felix, uita eſt mortalium.

Felicis eſt uiri, malis ſine uiuere.

Modulo ſuo uitam agere, erit iucundius.

Εἰς βοήθειαν.

ἀνὴρ γὰρ ἄνδρα καὶ πόλεις σώζει πόλιν.
χεὶρ χεῖρα νίπτει, δάκτυλός τε δάκτυλον.

Εἰς βουλήν.

ἀνὴρ ἄβουλος, εἰς κενὸν μοχθεῖ τρέχων.
ἀβουλία γὰρ πολλὰ βλάπτονται βροτοί.
ἀνὴρ ἄβουλος ἡδοναῖς θηρεύεται.
βουλῆς γὰρ ὀρθῆς οὐδὲν ἀσφαλέστερον.
βουλὴν δὲ παντὸς πράγματος προλάμβανε.
ἐν νυκτὶ βουλὴ τοῖς σοφοῖσι γίγνεται.
ἱερὸν ἀληθῶς ἐστιν ἡ συμβουλία.
σύμβουλος ἐσθλὸς μὴ κακὸς γίγνου φίλοις.
σοφοῦ παρ' ἀνδρὸς προσδέχου συμβουλίαν.
σοφή, σοφῶν γὰρ γίγνεται συμβουλία.
σύμβουλος ἴσθι τῶν ἀγαθῶν, μὴ τῶν κακῶν.

Εἰς γάμον.

ἄλυπον ἕξεις τὸν βίον χωρὶς γάμου.
γαμεῖν ὁ μέλλων εἰς μετάνοιαν ἔρχεται.
γάμος γὰρ ἀνθρώποισιν εὐκταῖον κακόν.
γαμεῖν δὲ μέλλων, βλέψον εἰς τοὺς γείτονας.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

## QVAE AD AVXILIVM.

*Vrbs ſeruat urbem ſtrenue, atque uir uirum.*

*Digitus lauat digitum, manus dein manum.*

## QVAE AD CONSILIVM.

*Curſu laborat inſcius, uano tamen.*

*Nocet temeritas multum mortalibus.*

*Temerarium plagis uoluptas implicat.*

*Conſilio erit recto, nihil ſecurius.*

*Conſilia cunctis præſumas negotiis.*

*In nocte conſultare cordati eſt uiri.*

*Profecto res eſt ſacra conſultatio.*

*Bonus eſto conſultor amico haud improbus.*

*Conſilia præbeat tibi prudentior.*

*Prudentis, & conſulta ſunt prudentia.*

*Non conſule improbis, magis uero bonis.*

## QVAE AD CONIVGIVM.

*Cœlebs ages uitam, præter moleſtiam.*

*Poſt nuptias, habebis pœnitudinem.*

*Optabile malum coniugium eſt mortalibus.*

*Viciniam ſpecta ducturus coniugem.*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

δαίμων σεαυτῷ πλουσίαν γήμας ἔσῃ.
ἦθος προκρίνειν χρημάτων γαμοῦντα δεῖ,
νόμιζε γήμας δοῦλος εἶναι τοῦ βίου.
ὁ μὴ γαμῶν ἄνθρωπος οὐκ ἔχει κακά.
ῥᾷον βίον ζῇς ἂν γυναῖκα μὴ τρέφῃς.
ὡς τρὶς κακοδαίμων ὅς τις ὢν πένης γαμεῖ.

εἰς γέλωτα.

γέλως ἄκαιρος ἐν βροτοῖς δεινὸν κακόν.
γελᾷ δ' ὁ μωρός, κἄν τι μὴ γελοῖον ᾖ.

εἰς γῆρας.

ἅπαντ' ἀφανίζει γῆρας, ἰσχὺν σώματος.
γήρως γὰρ φαύλου τίς γένοιτ' ἀναστροφή.
γνῶμαι δ' ἀμείνους εἰσὶ τῶν γεραιτέρων.
ἐφόδιον εἰς τὸ γῆρας αἰεὶ κατατίθου.
ἥξει τὸ γῆρας πᾶσαν αἰτίαν φέρον.
καλὸν τὸ γηρᾶν καὶ τὸ μὴ γηρᾶν πάλιν.
ὁμιλίας δὲ τὰς γεραιτέρας φίλει.
ὀχληρὸς ἀνήρ ἐστιν ἐν νέοις γέρων.
πολιὰ χρόνου μήνυσις, οὐ φρονήσεως.
φοβοῦ τὸ γῆρας, οὐ γὰρ ἔρχεται μόνον.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

*Felix eris nactus locupletem coniugem.*

*Opibus, decet præferre mores, nuptijs.*

*Sunt nuptiæ, mihi crede, uitæ ſeruitus.*

*Cœlebs homo magna caret moleſtia.*

*Facilem egeris uitam, haud alis ſi coniugem.*

*Ter eſt miſer, pauper petit qui nuptias.*

QVAE AD RISVM.

*Homini graue eſt malum, riſus qui ineptus eſt.*

*Stultus cachinnat, non ſit & ſi occaſio.*

QVAE AD SENECTAM.

*Vires labant ætate, cunctaq; occidunt.*

*Prauam ſenectam corrigere in primis decet.*

*Præſtantiores ſunt ſenum ſententiæ.*

*Semper ſenectuti uiaticum para.*

*Veniet ſenecta, & ipſa cauſa haud reddita.*

*Senium aſſequi bonum eſt, Item non aſſequi.*

*Iuuat ſeniorum amaſſe conſuetudinem.*

*Iuuenum, ſenex homo, eſt moleſtus cœtui.*

*Cani indicant ætatem, non prudentiam.*

*Senium timebis, ſolum enim, non aduenit.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Χαλεπὸν τὸ γῆράς ἐστιν ἀνθρώποις βάρος.

Εἰς γονεῖς.

Βούλου γονεῖς πρὸ παντὸς ἐν τιμαῖς ἔχειν.
γονεῖς δὲ τίμα καὶ φίλους εὐεργέτει.
ἔλπιζε τιμῶν τοὺς γονεῖς πράξειν καλῶς.
θεοὶ μέγιστοι τοῖς φρονοῦσιν οἱ γονεῖς.
ἱκανῶς βιώσεις γηροβοσκῶν τοὺς γονεῖς.
νόμιζε σαυτῷ τοὺς γονεῖς εἶναι θεούς.
πρὸς ἡδονὴν ὀργὴν οὐκ ἔχει χρηστὸς πατήρ.

Εἰς γυναῖκα.

Βίου ϖάνις πέφυκεν ἀνδράσιν γυνή,
γυναικὶ πάσῃ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.
γυναικὸς ἐσθλῆς ἐστι σώζειν οἰκίαν.
γυναικὶ κόσμος, ὁ τρόπος κοὐ χρυσία.
γυνὴ δικαία τοῦ βίου σωτηρία
γυναικὸς ἐσθλῆς ἐπιτυχεῖν οὐ ῥᾴδιον.
γυναῖκα θάπτειν κρεῖσσόν ἐστιν ἢ γαμεῖν.
γυνὴ τὸ σύνολόν ἐστι δαπανηρὸν φύσει.
γυναικὶ μὴ πίστευε τὸν σαυτοῦ βίον.
γυνὴ γὰρ οὐδὲν οἶδε πλὴν ὃ βούλεται.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Senectus eſt moleſtum onus, non mortalibus.

## QVAE AD PARENTES.

Cura parentes primo honore proſequi.

Parentum honori, amici rebus conſule.

Venerans parentes, felicem te credito.

Dij gloriantur maximi parentibus.

Viuax eris ſenes parentes confouens.

Deos parentes eſſe credito tuos.

Iram benigni mox remittere eſt patris.

## QVAE AD MVLIEREM.

Mulier uiris affert uictus penuriam.

Mulieris eſt primum decus ſilentiū.

Aedes ſuas ſeruaſſe uxoris eſt bonæ.

Non fœminam aurum exornat, ſed mores boni.

Matrona, præſens eſt ſalus uitæ, proba.

Matrona frugi paßim non eſt obuia.

Sepeliſſe præſtat quàm duxiſſe coniugem.

Eſt omnium ſimul conſumptrix fœmina.

Ne fœminæ uitam tuam commiſeris.

Nil præter id quod gliſcit, nouit fœmina.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

γυνὴ δὲ χρηστὴ πηδάλιόν ἐστ' οἰκίας.
γυναικὶ δ' ἄρχειν οὐ δίδωσιν ἡ φύσις.
γυνὴ γὰρ οἴκῳ πῆμα, καὶ σωτηρία.
γυνὴ γυναικὸς πώποτ' οὐδὲν διαφέρει.
ἐν γὰρ γυναιξὶ πίστιν οὐκ ἔνεστ' ἰδεῖν.
ἐκ τῶν γυναικῶν ὄλλυται κόσμος μέγας.
ζῆλος γυναικὸς πάντα πυρπολεῖ δόμον.
ζήτει γυναῖκα σύμμαχον τῶν πραγμάτων.
ζῆν οὐκ ἔδει γυναῖκα καὶ πολλοὺς τρόπους.
θησαυρός ἐστι τῶν κακῶν κακὴ γυνή.
θηρῶν ἁπάντων ἀγριωτέρα γυνή,
θάλασσα καὶ πῦρ καὶ γυνὴ κακὰ τρία.
ἴσοι γυναικῶν ἔργα ἢ οὐκ ἐκκλησίαι,
ἰὸς πέφυκεν ἀσπίδος κακὴ γυνή.
ἴσον λεαίνης καὶ γυναικὸς ὠμότης.
καλὸν γυναικὸς εἰσορᾶν καλοὺς τρόπους.
καλὸν φυτὸν πέφυκεν ἐν βίῳ γυνή.
λύπη παροῦσα πάντοτ' ἐστὶν ἡ γυνή,
λέοντι συζῆν ἢ γυναικὶ συμβιοῦν.
μεστὸν κακῶν πέφυκε φορτίον γυνή.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Mulier bona, eſt temo, ſuis in ædibus.
Natura non ſinit præeſſe fœminam.
Mulier domus ſalus eſt, & calamitas.
Diſcriminis nil admodum eſt inter fœminas.
Videre non licet fidem in mulierculis.
A fœminis orbi imminet periculum.
Liuore fœminæ omnis conflagrat domus.
Vxor ferat communem opem quàm ſeliges.
Multis liceat modis carere fœmina.
Arca eſt malorum uere, fœmina improba
Mulier feris mala eſt cunctis ferocior.
Tria ſunt mala, ignis, æquor, inde fœmina.
Curare telam fœmine eſt, non dicere.
Venena geſtat aſpidis, mala fœmina.
Mulier mala & leæna par ferocitas.
Pulchrum eſt uidiſſe fœmine mores bonos.
Germen bonum producit uitæ fœmina.
Præſens mulier calamitas eſt undiq;.
Malim leonis quàm conuictum, fœminæ.
Scatens malis, onus moleſtum eſt, fœmina.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

νύμφη δ' ἄπροικος οὐκ ἔχει παῤῥησίαν.
οὐδὲν γυναικὸς χεῖρον οὐδὲ τῆς καλῆς.
πολλοὶ γυναικῶν δυστυχοῦσιν εἵνεκεν.
ῥύπος γυνὴ πέφυκεν ἢ ῥερυπωμένος.
τερπνὸν κακὸν πέφυκεν ἀνδράσιν γυνή.
ὑπερήφανον πρᾶγμ' ἐστὶν ὡραία γυνή.
ὑπὲρ γυναικὸς καὶ φίλου πονητέον.
χειμὼν κατ' οἴκους ἐστὶν ἀνδράσιν γυνή,
ὡς ἔστ' ἄπιστον ἡ γυναικεία φύσις.

εἰς δῆμον.

ἰσχυρὸν ὄχλος ἐστὶν, οὐκ ἔχει δὲ νοῦν.

εἰς δίκαιον.

ἀνδρὸς δικαίου καρπὸς οὐκ ἀπόλλυται.
ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν, οὐχ ὁ μὴ ἀδικῶν.
ἀλλ' ὅς τις ἀδικεῖν δυνάμενος οὐ βούλεται.
βάδιζε τὴν εὐθεῖαν ἵν' ἦν δίκαιος ἦς.
βίου δικαίου γίγνεται τέλος καλόν,
δίκαιος ἴσθ' ἵνα καὶ δικαίων δὴ τύχης.
δίκαιος εἶναι μᾶλλον ἢ χρηστὸς θέλε.
δίκαια δράσας συμμάχου τεύξῃ θεοῦ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

*Puella non dotata, erit modeſtior.*

*Muliere nil eſt peius, ne bona quidem.*

*Ob fœminas agunt multi infeliciter.*

*Pædor mulier ceu argento apparet oblitus.*

*Mulier uiris clades multum eſt amabilis.*

*Quàm faſtuoſa res eſt, compta fœmina.*

*Laborandum amici, dein uxoris gratia.*

*Mulier uiris tempeſtas eſt domeſtica.*

*Natura fœminæ, ò he quantum eſt perfida!*

## QVAE AD PLEBEM.

*Res eſt potens plebs, atqui mentem non habet.*

## QVAE AD IVSTVM VIRVM.

*Iuſti uiri fructus bonus non interit.*

*Vir iuſtus non eſt is, nocet qui nemini,*

*Sed qui poteſt malum, nec uult admittere.*

*Incede recta, iuſtus ſic habeberis.*

*Vitæ bonæ, iuſtæq; erit finis bonus.*

*Iuſtus ſis, & iuſta aſſequeris commoda.*

*Iuſtum egeris magis uirum quàm accommodum.*

*Opem feret Deus ſi iuſta geſſeris.*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

κρίνειν δίκαιον μὴ τὸ συμφέρον θέλε.
πρὸς εὐλέγοντας οὐδὲν ἀντειπεῖν ἔχω.
τρόπος δίκαιος κτῆμα τιμιώτατον.

εἰς δόξαν.

ζήτει σεαυτῷ δόξαν ἐγκαταλιπεῖν.
καλῶς ἀκούειν μᾶλλον ἢ πλουτεῖν θέλε.
κενῆς δὲ δόξης οὐδὲν ἀθλιώτερον.

εἰς δούλους.

δούλου δὲ χεῖρον οὐδὲν οὐ ἢ τοῦ καλοῦ.
εἷς ἐστι δοῦλος οἰκίας ὁ δεσπότης.
λυπεῖ με δοῦλος δεσπότου μεῖζον φρονῶν.
ὡς ἡδὺ δούλῳ δεσπότου χρηστοῦ τυχεῖν.

εἰς δυστυχίαν.

δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται
δεῖ τοὺς μὲν εἶναι δυστυχεῖς τοὺς δ᾽ εὐτυχεῖς.
ἐπ᾽ ἀνδρὶ δυστυχοῦντι μὴ πλάσῃς κακόν.
ἐξ ἡδονῆς γὰρ φύεται τὸ δυστυχεῖν.
μὴ μβαινε δυστυχοῦντι κοινὴ γὰρ τύχη.
μηδέποτε σαυτὸν δυστυχῶν ἀπελπίσῃς.
νόμιζε κοινὰ πάντα δυστυχήματα.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Iudex quod æquum eſt, dicta, non quod utile.

1 Aduerſus æquum nil quod dicam ſuppetit.

Candore morum eſt nil uſquàm ſublimius.

## QVAE AD GLORIAM.

Ad poſteros tuam tranſmitte gloriam.

Bene audias malim quàm fias ditior.

Vana eſt, puto, erumnoſius nil gloria.

## QVAE AD SERVOS.

Peius nihil ſeruo eſt, & ne bono quidem.

Melius miniſtrat nemo, quàm herus ædibus.

2 Nolim miniſtrum, qui ſit hero doctior.

Domino eſt iucundius deſeruire optimo.

## QVAE AD INFELICITATEM.

Cadente quercu quiuis ligna colligit.

Habere conuenit bene illos, hos male.

3 Caue calamitoſo conſtruas malum.

Prodit uoluptate omnis infelicitas,

Noli miſero inſultare, Sors cõmunis eſt.

Animum cogat te nulla Sors demittere.

Vnam eſſe cladem communem puta omnium.



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

οἴμοι, τὸ γὰρ ἄφνω δυστυχεῖν μανίαν ποιεῖ.
τῶν δυστυχούντων εὐτυχὴς οὐδεὶς φίλος.

εἰς ἐγκράτειαν.

γαστρὸς δὲ πειρῶ πᾶσαν ἡνίαν κρατεῖν.
ἡ κοιλία καὶ πολλὰ χωρεῖ ἢ ὀλίγα.

εἰς ἐλπίδας.

ἀνὴρ ἀτυχῶν δὲ σώζεται ταῖς ἐλπίσιν.
αἱ δ' ἐλπίδες βόσκουσι τοὺς κενοὺς βροτῶν.
ἔλπιζε πάντα μέχρι γήρως θνητὸς ὤν.

εἰς ἔπαινον.

ὑπὲρ σεαυτοῦ μὴ φράσῃς ἐγκώμια.
φίλων ἔπαινον μᾶλλον, ἢ σαυτοῦ λέγε.

εἰς εὐγενῆ.

ἀνὴρ ἄριστος οὐκ ἂν εἴη δυσγενής.

εἰς εὐτυχίαν.

δίκαιον εὖ πράττοντα μεμνῆσθαι θεοῦ.
κατ' ἰδίαν φρόνησιν οὐδεὶς εὐτυχεῖ.
κοινὸν δὲ καλόν ἐστι χρηστὸς εὐτυχῶν.
οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ.
πολλοὶ μὲν εὐτυχοῦσιν, οὐ φρονοῦσι δέ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Miſerum me,inſaniam præceps parat malum.
Felix miſerorum uere nulli amicus eſt.

## QVAE AD CONTINENTIAM.

Moderari habenas uentris omnes diſcito.
Et pauca uenter accipit & plurima.

## QVAE AD SPEM.

Spe plurima miſer ſolum ſeruabitur.
Spes multa conſouet uanos mortalium.
Donec ſenectus obrepat,ſpera omnia.

## QVAE AD LAVDEM.

Te laudibus nolim ſtudeas extollere.
Dicas amici,non tuum præconium.

## QVAE AD NOBILITATEM.

Vir optimus uere nunquàm eſt ignobilis.

## QVAE AD FELICITATEM.

Meminiſſe felicem Dei, in primis decet.
Beatus eſt nemo ſua ex ſententia.
Commune dixeris bonum ſelicium.
Nemo unus agit omnino uitam proſpere.
Gens diuitum plerumq; prorſus deſipit.



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

τὸν εὐτυχοῦντα καὶ φρονεῖν νομίζομεν.
τῷ γὰρ καλῶς πράσσοντι πᾶσα γῆ πατρίς.
τῶν εὐτυχούντων πάντες εἰσὶ συγγενεῖς.
ὡς εὐκόλως πίπτουσιν αἱ λαμπραὶ τύχαι.

εἰς εὐσέβειαν.

θνητὸς πεφυκὼς μὴ φρόνει ὑπέρθεα.
θεὸν σέβου, καὶ πάντα πράξεις εὐθέως.
ὑπὲρ εὐσεβείας, καὶ λάλει, καὶ μάνθανε.

εἰς εὐχήν.

ψυχῆς δικαίας οὐκ ἀνήκοος θεός.

εἰς ἐρῶντα.

γέρων ἐραστής, ἐσχάτη κακὴ τύχη.

εἰς ἔχθραν.

ἀθάνατον ἔχθραν μὴ φύλαττε θνητὸς ὤν.
ἐχθροὺς ἀμύνου μὴ ἐπὶ τῇ σαυτοῦ βλάβῃ.
ἐχθροῖς ἀπιστῶν οὔποτ' ἂν πάθοις βλάβην.
λόγον παρ' ἐχθροῦ μήποθ' ἡγήσῃ φίλον.

εἰς ζωήν.

ζῆν βουλόμενος μὴ πρᾶττε θανάτου ἄξια.
ζῆν αἰσχρὸν οἷς ζῆν ἐφθόνησεν ἡ τύχη.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

*Sapere æſtimatur uulgo ille, eſt qui ditior.*
*Patria, eſt beato tellus omnis, propria.*
*Felicibus iam nemo non cognatus eſt.*
*Quàm concidit fortuna mox felicium.*

QVAE AD RELIGIONEM.

*Mortalis es nil ſupra cogita Deum.*
*Deum cole, & ductu illius cuncta egeris.*
*Pro religione diſcas atque dicito.*

QVAE AD PRECES.

*Aequas preces nunquàm non audiet Deus.*

QVAE AD AMATOREM.

*Extrema ſors malorum amator eſt ſenex.*

QVAE AD INIMICITIAM.

*Mortalis es, mortem ſimultas ſentiat.*
*Tuo malo à nullo ſumatur ultio.*
*Hoſti nil unquàm fidens, lederis minus.*
*Ab hoſte dicta haud unquàm amica duxeris.*

QVAE AD VITAE *quendam modum.*

*Vitam cupis, ne morte digna geſſeris.*
*Fortunæ inamabile eſt liuore uiuere.*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

πάντες καλῶς ζῆν ἐθέλομεν, ἀλλ' οὐ δυνάμεθα.
ὡς ἡδὺ τὸ ζῆν μὴ φθονούσης τῆς τύχης.

εἰς ἡδονήν.

ἡ γὰρ περισσάκαιρος ἡδονὴ, τίκτει βλάβην.
ὡς πολλὰ διὰ τὰς ἡδονὰς λυπούμεθα.

εἰ θάνατον.

βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται.
ζωῆς πονηρᾶς θάνατος αἱρετώτερος.
ἢ ζῆν ἀλύπως, ἢ θανεῖν εὐδαιμόνως,
θνητὸς πεφυκὼς μὴ γέλα τεθνηκότα.
καλὸν τὸ θνήσκειν οἷς ὕβριν τὸ ζῆν φέρει.
κρεῖσσον τὸ μὴ ζῆν ἐστὶν ἢ ζῆν ἀθλίως.
ὃν γὰρ φιλεῖ θεὸς ἀποθνήσκει νέος.
οὐ πώποτ' ἐζήλωσα πολυτελῆ νεκρόν.
τὸ γὰρ θανεῖν. οὐκ αἰσχρόν. ἀλλ' αἰσχρῶς. θανεῖν

εἰς θεόν.

θεὸς συνεργῶν πάντα ποιεῖ ῥᾳδίως.
θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις.
ὁ νοῦς γὰρ ἡμῖν ἐστὶν ἐν ἑκάστῳ θεός.
πάντῃ γάρ ἐστι πάντα τε βλέπει θεός.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Iuuat bene omnes uiuere, at non poſſumus.
Modo faueat fortuna, eſt dulce uiuere.

## QVAE AD VOLVPTATEM.

Nocet uoluptas multum intempeſtiuior.
O quàm cruciat comes uoluptatis dolor.

## QVAE AD MORTEM.

Eſt emori nobis commune debitum.
Præſtat mori fœdam quàm uitam uiuere.
Vacem dolore, aut contingat fauſte emori.
Mortalis es, oro ne ride mortuum.
Pulchrum mori eſt, uita afferente dedecus.
Valeam bene, aut malim uita ipſa excedere.
Iuuenem eximit uita Deus, quem diligit.
Ego ſumptuoſum funus beatum haud dixerim.
Mors eſt bona, ni moriare cum ignominia.

## QVAE AD DEVM.

Facile egerit cuncta, afferens opem Deus.
Deo uolente nauigabis uimine.
Sua mens habet quam quiſq;, ea eſt uere Deus.
Eſt undiq; deus, uidet quoq; omnia.



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

τὸ γὰρ τρέφον με τοῦτ᾽ ἐγὼ κρίνω θεόν.

εἰς ἰατρούς.

ἰατρὸς ἀδόλεσχος, νοσοῦντι πάλιν νόσος.
πολλῶν ἰατρῶν εἴσοδός μ᾽ ἀπώλεσεν.

εἰ καιρόν.

ἅπαντα καιρῷ χάριν ἔχει τρυγώμενα.
καλὸν τὸ καιροῦ παντὸς εἰδέναι μέτρον.
καιρὸς γάρ ἐστι τῶν νόμων κρείττων πολύ.
καιροὶ δὲ καταλύουσι τὰς τυραννίδας.
καιροῦ τυχὼν γὰρ πτωχὸς ἰσχύει μέγα.
πολλῶν ὁ καιρὸς γίγνεται παραίτιος.
πολλοὺς ὁ καιρὸς ἄνδρας οὐκ ὄντας ποιεῖ.
τάχιστ᾽ ὁ καιρὸς μεταφέρει τὰ πράγματα.
τὸν καιρὸν εὔχου πάνθ᾽ ἵλεων ἔχειν.
ὡς μέγα τὸ μικρόν ἐστιν ἐν καιρῷ δοθέν.
ὥρα τὰ πάντα τοῦ βίου κρίνει καλῶς.

εἰς κάλλος.

μὴ κρῖν᾽ ὁρῶν τὸ κάλλος, ἀλλὰ τὸν τρόπον.
ὡς ἡδὺ κάλλος ὅταν ἔχῃ νοῦν σώφρονα.

εἰς κέρδος.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

*Deum puto id quo alimur, & ſubſiſtimus.*

QVAE AD MEDICOS.

*Medicus loquax, alter languenti morbus eſt.*

*Ingens medentium me turba perdidit.*

QVAE AD OPORTVNITATEM.

*Vindemiæ ſua eſt gratia, at ex tempore.*

*Pulchrum eſt modum cuiusq; ſcire temporis.*

*Occaſio iure eſt multo præſtantior.*

*Occaſio feras ſoluit tyrannides.*

*Occaſio detur, multa & pauper poteſt.*

*Tempore miniſtratur multis, occaſio.*

*Occaſio uiros qui non erant facit.*

*Facies poteſt rerum illico mutarier.*

*Votis preceris placida adeſſe tempora.*

*Magna & puſilla ſunt, oblata tempore.*

*Tempus feret de uita olim iuditium.*

QVAE AD DECVS FORMAE.

*Spectator haud formam ſed mores iudica.*

*Quàm placida forma eſt ſi accedat prudentia.*

QVAE AD LVCRVM.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

βίου πορίζου πάντοθε πλὴν ἐκ κακῶν.

βουλόμεθα πλουτεῖν πάντες, ἀλλ᾽ οὐ δυνάμεθα

βέλτιστε μὴ τὸ κέρδος ἐν πᾶσι σκόπει.

ζήτει συνάγειν ἐκ δικαίων τὸν βίον.

ἦθος πονηρὸν φεῦγε καὶ κέρδος κακόν.

κέρδος πονηρὸν, μὴ λαβεῖν βούλου ποτέ.

κέρδος πονηρὸν ζημίαν ἀεὶ φέρει.

τὰ μικρὰ κέρδη μείζονας βλάβας φέρει.

τὸ κέρδος ἡγοῦ κέρδος ἂν δίκαιον ᾖ.

τὰ δ᾽ αἰσχρὰ κέρδη συμφορὰς ἐργάζεται.

εἰς κρίσιν καὶ εἰς τὴν θείαν δίκην.

κατηγορεῖν οὐκ ἔστι καὶ κρίνειν ὁμοῦ.

ἀνεξέταστον μὴ κόλαζε μηδένα.

ἄγει τὸ θεῖον τοὺς κακοὺς πρὸς τὴν δίκην.

ἔστιν δίκης ὀφθαλμὸς ὃς τὰ πάνθ᾽ ὁρᾷ.

θεοῦ γὰρ πληγὴν οὐχ ὑπερπηδᾷ βροτός.

λήσειν διὰ τέλους μὴ δόκει πονηρὸς ὤν.

ὀξὺς θεοῦ δ᾽ ὀφθαλμὸς εἰς τὸ πάνθ᾽ ὁρᾶν.

εἰς κρύφια.

ἀφεὶς τὰ φανερὰ μὴ δίωκε τἀφανῆ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Victum para undecunq; at non ex crimine.
Cunctos iuuat diteſcere, at non poſſumus.
Quæſtum optime uir, ne ſemper ſpectaueris.
Coneris ex iuſto tibi uictum querere.
Fuge perditos mores, lucellum & improbum.
Lucrum malignum ne uelis ſectarier.
Lucellum iniquum, affert plerumq; incommoda.
Lucella parua, damna maiora afferunt.
Lucrum æſtima, ex cauſa, quod iuſta obuenerit
Fœdo calamitas erit comes mox quæſtui.

QVAE AD iudicium Diuinamq; ultionem.

Nemo ſimul agit recte, atque iudicat.
Damnaueris nullum, cauſa non cognita.
Vrgentur ad pœnas ſcelerati numine.
Oculus uidet, mihi crede, ultoris omnia.
Pœnas dei nemo euadet mortalium.
Latere pœnas non intelligit improbus.
Oculum dei, & hunc acutum cernere omnia.

QVAE AD ARCANA.

Abſtruſa non ſectare, aperta negligens.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ἢ μὴ ποίει τὰ κρυπτὸν, ἢ μόνος ποίει.
ὑπόνοια δεινόν ἐστιν ἀνθρώποις κακόν.

εἰς λιμόν.

λιμὸς μέγιστον ἄλγος ἀνθρώποις ἔφυ.
λιμῷ γὰρ οὐδέν ἐστιν ἀντειπεῖν ἔπος.
πολλῶν ὁ λιμὸς γίγνεται διδάσκαλος.

εἰς λόγον.

ἰσχυρότερον δέ γ' οὐδέν ἐστι τοῦ λόγου.
λόγος γάρ ἐστι λύπης φάρμακον μόνος.
χωρὶς τοῦ εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὰ καίρια.
ἀνδρὸς χαρακτὴρ λόγου γνωρίζεται.
λόγοις ἀμείβου τὸν λόγοις πείθοντά σε.
λύπην γὰρ εὔνους οἶδεν ἰᾶσθαι λόγος.
λόγῳ διοικεῖται βροτῶν βίος μόνῳ.
μέγιστόν ἐστιν ὀργῆς φάρμακον λόγος.
ὁ λόγος ἰατρός ἐστι τοῦ κατὰ ψυχὴν πάθους.
ῥῆμα παρὰ καιρὸν ῥιφθὲν ἀνατρέπει βίον.
ῥίψας λόγον τις, οὐκ ἀναιρεῖται πάλιν.
ψυχῆς νοσούσης, ἐστὶ φάρμακον λόγος.

εἰς λύπην.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

*Cælenda non agas, aut ſolus egeris.*
*Suſpitio, res uere grauis eſt mortalibus.*

QVAE AD FAMEM.

*Homini dolor natura eſt maximus fames.*
*Verbis inædiam repellere haud potes.*
*Durus fames magiſter multa perdocet.*

QVAE AD SERMONEM.

*Oratione nil eſt efficacius*
*Oratio erumnis medetur unice.*
*Diuerſa ſunt, & multa & apta dicere.*
*Sermone qualitas uiri dignoſcitur.*
*Et uerba uerbis &, referto, par pari.*
*Placidis dolor dictis recte curabitur.*
*Sermo gubernat ſolus res mortalium.*
*Iræ potiſsimum ſermo medebitur.*
*Sermonem adhibeas curandis affectibus.*
*Sermo nocet moribus intempeſtiuior.*
*Facile euolat uerbum, nunquàm redit tamen.*
*Si langueat mens, ſermone is curabitur.*

QVAE AD TRISTITIAM.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ἀεὶ τὸ λυποῦν ἐκδίωκε τοῦ βίου.

ἆρ᾽ ἐστὶ συγγενές τι λύπη καὶ βίος.

βιοῦν ἀλύπως θνητὸν ὄντ᾽ οὐ ῥᾴδιον.

λῦπαι γὰρ ἀνθρώποισι τίκτουσι νόσους.

πλοίου λιμὴν μὲν, ἀλυπία δ᾽ ὅρμος βίου.

οὐκ ἔστι λύπης χεῖρον ἀνθρώποις κακόν.

τὸ ζῆν ἀλύπως, ἀνδρός ἐστιν εὐτυχοῦς.

εἰς μέθην.

ὁ πολὺς ἄκρατος, μίκρ᾽ ἀναγκάζει φρονεῖν.

εἰς τὸ μέλλον.

θνητὸς πεφυκὼς, τοὐ πίσω πειρῶ βλέπειν.

μένει δ᾽ ἕκαστον, τοῦθ᾽ ὅπερ μέλλει παθεῖν.

μή μοι γένοιθ᾽ ἃ βούλομ᾽, ἀλλ᾽ ἃ συμφέρει.

οὐδεὶς τὸ μέλλον ἀσφαλῶς βουλεύεται.

εἰς μετάνοιαν.

ἡ δὲ μετάνοια γίγνετ᾽ ἀνθρώποις κρίσις

εἰς μετριότητα

ἄνθρωπον ὄντα σαυτὸν ἀναμίμνησκ᾽ ἀεὶ

βούλου δ᾽ ἀρέσκειν πᾶσι μὴ σαυτῷ μόνον

εἰ θνητὸς εἶ βέλτιστε θνητὰ καὶ φρόνει

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

*Semper procul mœrorem è uita pellito.*
*Triſtitia uitæ cognata eſt mortalium.*
*Expers doloris nulli uita uiuitur.*
*Erumna morbos adijcit mortalibus.*
*Cupio in mari portum, in uita indolentiam.*
*Nil peius mœrore in rebus mortalium.*
*Caruiſſe triſtitia fœlicis eſt uiri.*

## QVAE AD EBRIETATEM.

*Sapiat minus neceſſe eſt omnis ebrius.*

## QVAE AD FVTVRA.

*Homo ad futura animum uelis intendere.*
*Vt deſtinata eſt improbis pœna, imminet.*
*Nolim quod lubeat, ſed magis quod commodum.*
*Nemo futuris certe conſultauerit.*

## QVAE AD POENITVENTIAM.

*Res pœnitudo hominum tandem diiudicat.*

## QVAE AD MEDIOCRITATEM.

*Mortalis es meminiſſe ſemper id uelis.*
*Cupias placere cunctis, non ſoli tibi.*
*Mortalis es, mortalia & curaueris.*

G

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ὧν δ' εὐπροσηγόροισιν ἔστι τὶς χάρις.

ἴσος μὲν ἴσθι πᾶσι κἂν προὔχῃς βίῳ.

Σωτηρίας σύμφορον, ἦμος ὁ τρόπος.

τὸ γνῶθι σαυτὸν πανταχοῦ ἐστι χρήσιμον.

εἰς μητρυιάν.

δεινότερον οὐδὲν ἄλλο μητρυιᾶς κακόν.

εἰς νεότητα.

ἀκμὴ τὸ σύνολον οὐδὲν ἄνθους διαφέρει.

μέμνησο νέος ὤν, ὡς γέρων ἔσῃ ποτέ.

νέος πεφυκὼς πολλὰ χρηστὰ μάνθανε.

νέῳ δὲ σιγᾶν μᾶλλον ἢ λαλεῖν πρέπει.

νέος ὢν ἀκούειν τῶν γεραιτέρων θέλε.

εἰς νόμους.

ἰσχυρὸν ὁ νόμος ἐστίν, ἢν ἄρχοντ' ἔχῃ.

νόμῳ τὰ πάντα γίγνεται καὶ κρίνεται.

νόμοις ἕπεσθαι τοῖσιν ἐγχώροις καλόν.

βίας παρούσης οὐδὲν ἰσχύει νόμος.

ῥήτωρ πονηρὸς τοὺς νόμους λυμαίνεται.

εἰς ξένους.

ξένους πένητας μὴ παραδράμῃς ἰδών.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

In comitate parua non eſt gratia.

ſtet opibus licet par ſias omnibus.

iutis index eſt morum dexteritas.

Se noſce ubiq; conferet, & plurimum.

QVAE AD NOVERCAM.

Nullum nouerca eſt alterum grauius malum.

QVAE AD IVVENTAM.

Aeui integer ſis aut uirens, differt nihil.

Iuuenis memento te ſenectæ proximum.

Iuuenis bonis multis ſtudebis artibus.

Iuuenem ſilere quàm loqui decet magis.

Iuuenis ſenes audire cura ſedulo.

QVAE AD LEGES.

Princeps modo adſit nihil eſt lege firmius.

Diſponit lex & rite cuncta iudicat.

Aliàs ſequi leges locis aliis decet.

Multum ualet lex adſit ni uiolentia.

Temerat, malignus Rhetor, leges optimas.

QVAE AD PEREGRINOS.

Noli peregrinos uidens fugere inopes.



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ξένοις ἐπαρκῶν τῶν ἴσων τεύξῃ ποτέ.

ξενίας ἀεὶ φρόντιζε, μὴ καθυστέρει.

ξένοισι, πιστοῖς, πιστὸς ὢν γίγνου φίλος.

ξένον ἀδικήσεις μηδέποτε καιρὸν λαβών.

ξένῳ μάλιστα συμφέρει τὸ σωφρονεῖν.

ξένος ὢν ἀπράγμων ἴσθι, καὶ πράξεις καλῶς.

ξένον προτιμᾶν μᾶλλον ἀνθρώποις ἔθος.

ξένον δὲ, σιγᾶν κρεῖττον, ἢ κεκραγέναι.

ξένος πεφυκὼς τοὺς ξενοδόχους σέβου.

ξένους ξένιζε, καὶ σὺ γὰρ ξένος γ᾽ ἔσῃ.

πλάνη βίον τίθησι σωφρονέστερον.

εἰς ὅρκον.

ἀνδρῶν δὲ φαύλων ὅρκον, εἰς ὕδωρ γράφε.

θεὸν ἐπιορκῶν μὴ δόκει λεληθέναι.

ὅρκον δὲ φεῦγε κἂν δικαίως ὀμνύῃς.

εἰς ὀργήν.

ἄνθρωπος ὢν γίγνωσκε τῆς ὀργῆς κρατεῖν.

γίγνου δ᾽ ἐς ὀργὴν μὴ ταχύς γ᾽ ἀλλὰ βραδύς.

βλάπτει τὸν ἄνδρα θυμὸς εἰς ὀργὴν πεσών.

ζήσεις βίον κράτιστον ἂν θυμοῦ κρατῇς.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Hoſpes foueberis miniſtrans aduenis.
Curetur hoſpitalitas non excidat.
Fidus amicus, fias, fidis aduenis.
Adſit locus, nunquàm nocebis aduenæ.
Decet peregrinum in primis modeſtia.
Quietior ſit aduena, & recte egerit.
Homines ſolent mirari, & efferre aduenas.
Melius ſilere quàm clamaſſe eſt aduenam.
Olim peregrinus, peregrinos cole.
Foue aduenas, & tu futurus aduena.
Docet peregrinatio modeſtiam.

## QVAE AD IVSIVRANDVM.

Viri improbi iurata aquis inſcribito.
Deum latere ne putes periuria.
Iurare quanquàm iuſte poßis, effuge.

## QVAE AD IRAM.

Homo imperare noris iracundiæ.
Præceps ad iram, ne ſis, at mage tardior.
Animus uiro nocet, in iram propenſior.
Iræ imperans, uitam uiues ualidißimam.



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

θυμοῦ κρατῆσαι κἀπιθυμίας, καλὸν
νίκησον ὀργὴν. τῷ λογίζεσθαι καλῶς.
ὀργὴ δὲ πολλὰ δρᾶν ἀναγκάζει κακά.
οὐδεὶς μετ' ὀργῆς ἀσφαλῶς βουλεύεται.
ὀργὴ φιλούντων μικρὸν ἰσχύει χρόνον.
ὀργὴν ἑταίρου καὶ φίλου πειρῶ φέρειν.
φεύγειν ἀεὶ δεῖ δεσπότας θυμουμένους.

εἰς παῖδας.

αὐθαίρετος λύπη 'στὶν ἡ τέκνων σπορά.
μακάριόν ἐστιν υἱὸν εὔτακτον τρέφειν.
μακάριος ὅστις εὐτύχησεν εἰς τέκνα.
στῦλος γὰρ οἴκου, παῖδές εἰσιν ἄῤῥενες,
φιλίας μέγιστος δεσμός, αἱ τέκνων γοναί.

εἰς παιδείαν.

ἀναφαίρετον κτῆμ' ἐστὶ παιδεία βροτοῖς.
ἅπαντας ἡ παίδευσις ἡμέρους ποιεῖ.
βραβεῖον ἀρετῆς ἐστιν εὐπαιδευσία.
γράμματα μαθεῖν δεῖ, καὶ μαθόντα, νοῦν ἔχειν.
διπλοῦν ὁρῶσιν οἱ μαθόντες γράμματα.
βακτηρία γάρ ἐστι παιδεία βίου.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Ponere,bonum eſt,iræ & uoluptati,modum.

Ratione ſana iram ſubito deuiceris.

Cogit furor,mala multa nos committere.

Iratus ipſe,tuto rebus nunquàm conſulet.

Iræ ualent breui momento amantium.

Coneris ferre amici iram & ſodalium.

Heri furorem ſemper fugere,conuenit.

## QVAE AD FILIOS.

Malum ciebis ultro,liberos creans.

Fœlix,fouet bene moratum qui filium.

Multæ ſobolis prouentu,eris felitior.

Domus columnas æſtimato maſculos.

Prolem creaſſe,amoris arctum eſt uinculum.

## QVAE AD DISCIPLINAM.

Scientia homini eſt certior poſſeßio.

1 Omnes benignos reddit eruditio.

Scientia eſt uere uirtutis præmium.

Diſcendum,& mens omnino adſit diſcentibus.

Dupliciter ij uident,ſtudent qui literis,

Bacillus uitæ eſt egregia eruditio.



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

κάλλιστόν ἐστι κτῆμα παιδεία βροτοῖς.
κἀν τοῖς ἀγροίκοις ἐστὶ παιδείας λόγος.
καλὸν δὲ καὶ γέροντα μανθάνειν σφόδρα.
τὰ μὴ πέφυκε πᾶσι παιδεία βροτοῖς.
ὁ γράμματ᾽ εἰδὼς καὶ περισσὸν νοῦν ἔχει.
ὁ σοφὸς ἐν αὑτῷ περιφέρει τὴν οὐσίαν.
ὁ μὴ δαρεὶς ἄνθρωπος, οὐ παιδεύεται.
ὁ γραμμάτων ἄπειρος οὐ βλέπει βλέπων.
οὐκ ἔστι σοφίας κτῆμα τιμιώτερον.
σοφοῖς ὁμιλῶν καὐτὸς ἐκβήσῃ σοφός.
σοφία γάρ ἐστι καὶ μαθεῖν ὃ μὴ νοεῖς.
σοφῷ παρ᾽ ἀνδρὶ πρῶτον εὑρέθη λόγος.
σοφία δὲ πλούτου κτῆμα τιμιώτερον
σοφοῦ παρ᾽ ἀνδρὸς χρὴ σοφόν τι μανθάνειν.
σοφοὶ δὲ συγκρύπτουσιν οἰκίας βλάβας.
ὡς οὐδὲν ἡ μάθησις ἂν μὴ νοῦς παρῇ.

εἰς παραίνεσιν.

ἅπαντες ἐσμὲν εἰς τὸ νουθετεῖν σοφοί.
αὐτοὶ δ᾽ ἁμαρτάνοντες, οὐ γιγνώσκομεν.

εἰς πενίαν.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

*Hominis opes pulcherrimæ, ſunt literæ.*
*Vulgo ſua ratio ipſa eſt doctrinæ loco.*
*Etiam ſenem ſtudium apprime decet frequens.*
*Sunt plurimo omnibus honori literæ.*
*Mens amplior manet hos qui callent literas.*
*Sapiens in ſe omnem habet & fert ſubſtantiam.*
*Vapulet oportet diſciplinæ traditus.*
*Cæcutit & uidens ignorans literas.*
*Sapientia non eſt res ulla dignior.*
*Sapientum & ipſe ſapies conſuetudine.*
*Condiſcere & quæ noris ſapientis eſt.*
*Primum ratio penes ſapientem enituit.*
*Cunctis opibus ſapientia eſt præſtantior.*
*Sapientis eſt uiro à ſapiente diſcere.*
*Cælant ſua ſapientes mala domeſtica.*
*Studia ipſa mens adſit ni,uana ſunt.*

QVAE AD SALVTARIA MONITA.

*Sapimus in admonendis omnes cæteris.*
*Errata at ipſi noſtra non agnoſcimus.*

QVAE AD INOPIAM.



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

πενία δ' ἀγνώμονάς γε τοὺς πολλοὺς ποιεῖ.
καλῶς πένεσθαι μᾶλλον ἢ πλουτεῖν κακῶς.
λεπτῶς καλῶς ζῆν κρεῖσσον, ἢ λαμπρῶς κακῶς.
μισῶ πένητα πλουσίῳ δωρούμενον.
πενίαν φέρειν, οὐ παντὸς, ἀλλ' ἀνδρὸς σοφοῦ.
πένητας ἀργοὺς οὐ τρέφει ῥαθυμία.
πενία δ' ἄτιμον καὶ τὸν εὐγενῆ ποιεῖ.
πενίαν φέρειν, καὶ γῆρας ἐστὶ δύσκολον.
οὐδὲν πενίας βαρύτερόν ἐστι φορτίον.
τῶν γὰρ πενήτων εἰσὶν οἱ λόγοι κενοί.

εἰς πίστιν.

μὴ πάντα πειρῶ πᾶσι πιστεύειν ἀεί.

εἰς πλεονεξίαν.

ἰσότητα δ' αἱροῦ, πλεονεξίαν φύγε.
κακὸν μέγιστον ἐν βροτοῖς ἀπληστία.

εἰς πλοῦτον.

δύναται τὸ πλουτεῖν καὶ φιλανθρώπους ποιεῖν.
δύναμις πέφυκε τοῖς βροτοῖς τὰ χρήματα.
ἐὰν δ' ἔχωμεν χρήμαθ', ἕξομεν φίλους.
ἥδιστόν ἐστι τῶν ὑπαρχόντων κρατεῖν,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

*Multos male gratos reddit indigentia.*

*Præſtat egere, ex ſcelere quàm diteſcere.*

*Mage uiuam honeſte paruo, quàm male ſplendide.*

*Hunc pauperem qui donat odi diuiti.*

*Penuriam non quiuis, at ſapiens, feret.*

*Segnem fouet non ullum inertia pauperem.*

*Inopia & generoſos facit ignobiles.*

*Praue eſt ſenectam pertuliſſe & inopiam.*

*Nullam feres pauperie molem acerbius.*

*Parum ualent egentium ſententiæ.*

QVAE AD FIDEM.

*Ne cuncta ſemper oro credas omnibus.*

QVAE AD AVARITIAM.

*Aequum eligas habere, nimium non aue.*

*Cupidine inexatura nil peius eſt.*

QVAE AD DIVITIAS.

*Acceſſerint modo opes, potes quàm plurimum.*

*Adſit pecunia, amicos mox habebimus.*

*Iucundius nil opibus quàm dominarier.*

*Diues memineris, ut proſis pauperculis.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

μέμνησο πλουτῶν τοὺς πένητας ὠφελεῖν.
μὴ σπεῦδε πλουτεῖν μὴ πένης γένῃ ταχύ.
πλούτῳ πεποιθὼς ἄδικα μὴ πειρῶ ποιεῖν.
ῥᾴθυμος ὢν σὺ πλούσιος, πένης ἔσῃ.
χρυσὸς δ᾽ ἀνοίγει πάντα κᾀΐδου πύλας.

εἰς πολυπραγμοσύνην.

πολυπραγμονεῖν τἀλλότρια μὴ βούλου κακά.
πολλοὶ χολὴν ἄγουσιν εἰς τὰ χείρονα.
τὸ πολλὰ πράττειν ἐστὶ πανταχοῦ σαπρόν.
τὸ πολλὰ πράττειν, κινδύνας πολλὰς ἔχει.

εἰς πονηρούς,

ἀνὴρ πονηρὸς δυστυχεῖ κἂν εὐτυχῇ.
ἀνδρὸς πονηροῦ φεῦγε συνουσίαν ἀεί.
ἀσυλλόγιστόν ἐστιν ἡ πονηρία.
ἀνουθέτητόν ἐστιν ἡ πονηρία.
ἀνδρὸς πονηροῦ σπλάγχνον οὐ μαλάσσεται.
Δύσμορφος εἴην μᾶλλον ἢ καλὸς κακός.
τὸν δόλιον ἄνδρα φεῦγε παρ᾽ ὅλον τὸν βίον.
ἑαυτὸν οὐδεὶς ὁμολογεῖ κακοῦργος ὤν.
ἤθη πονηρὰ τὴν φύσιν διαστρέφει.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

*Subito parans opes, egebis otius.*
*Rebus tuis fidens agere haud tentes male.*
*Diues iners premeris mox penuria.*
*Nunquàm repente uir bonus ditatus eſt.*
*Auro patent cuncta, atq; ditis ianuæ.*

## QVAE AD CVRIOSITATEM.

*Caue ſis alienis curioſus in malis.*
*Multos abuti perperam otio iuuat.*
*Incumbere uariis ubiq; eſt languidum.*
*Calamitas multa eſt multis negotiis.*

## QVAE AD MALIGNOS.

*Felix parum eſt bonis malus & ſi floreat.*
*Semper malorum uita conſuetudinem.*
*Malignitas rationem nullam ſuſcipit.*
*Curat monita haud ulla improbitas admittere.*
*Viri improbi haud emolliuntur uiſcera.*
*Malim eſſe bonus informis, pulcher quàm improbus.*
*Verſantem auerſeris dolos, quo ad uixeris.*
*Nulli ſua ipſi agnoſcitur malignitas.*
*Naturam iniquitas morum plane inficit.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

θεοῦ δ' ὄνειδος τοὺς κακοὺς εὐδαιμονεῖν.
κακοῖς ὁμιλῶν καὐτὸς ἐκβήσῃ κακός.
καὶ ζῶν ὁ φαῦλος καὶ θανὼν κολάζεται.
κακῷ σὺν ἀνδρὶ μὴ δ' ὅλως ὁδοιπόρει.
πονηρὸν ἄνδρα μηδέποτε ποιοῦ φίλον.
φθείρουσιν ἤθη χρήσθ' ὁμιλίαι κακαί.
φασὶν κακίστους οἱ πονηροὶ τοὺς καλούς.
χρηστὸς πονηροῖς οὐ τιτρώσκεται λόγοις.
ὡς ἔργον εὖ ζῆν τῶν πονηροῖς ἤθεσιν.
ὡς πάντα τιμῆς ἐστι, πλὴν κακοῦ τρόπου.

εἰς προσοχήν.

εἰ μὴ φυλάσσεις μικρὰ ἀπολεῖς τὰ μείζονα.
τῆς ἐπιμελείας πάντα δοῦλα γίγνεται.

εἰς σιωπήν.

γλώσσης μάλιστα πανταχοῦ πειρῶ κρατεῖν.
γλώσσῃ ματαίᾳ ζημία προσγίνεται.
διὰ γὰρ σιωπῆς πικρότερον κατηγόρει.
ἐνίοις τὸ σιγᾶν, ἐστι κρεῖττον τοῦ λέγειν.
εὐκαταφρόνητόν ἐστι σιγηρὸς τρόπος.
ἡ γλῶσσα πολλοὺς εἰς ὄλεθρον ἤγαγεν.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Deo exprobratur prauorum felicitas.
Fies malus malorum contubernio.
Manet ſua turpem pœna uiuum ac mortuum.
Comite ſceleſto haud unquàm iturus utere.
Nihili uirum caue unquàm amicum feceris.
Mores bonos colloquia praua diruunt.
Viri optimi imprŏbis habentur peßimi.
Bonos uiros nihil maledicta uulnerant.
Quàm eſt operis ardui bene uixiſſe adſuetum malis.
In præcio omnia ſunt, mores ſic non mali.

QVAE AD ATTENTIONEM.

Maiora perdis parua ni retinueris.
Famulantur omnia curæ & diligentiæ.

QVAE AD SILENTIVM.

Frenare linguam ubiq; lubeat maxime.
Vanæ aduenit linguæ damnum & calamitas.
Eſt quando acerbius arguit ſilentium.
Quoſdam expedit ſilere quàm loqui magis.
Mores ſilentum ſunt qui habent deſpectui.
In perniciem lingua egit multo plurimos.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ἢ λέγε τι σιγῆς κρεῖττον, ἢ σιγὴν ἔχε.
πολλοῖς ἀπόκρισις ἡ σιωπὴ τυγχάνει.
ἡ γλῶσσα πολλῶν ἐστιν αἰτία κακῶν.
ἢ δεῖ σιωπᾶν, ἢ λέγειν ἀμείνονα.
κρεῖττον σιωπᾶν, ἢ λαλεῖν, ἃ μὴ πρέπει.
οὐδὲν σιωπῆς ἐστι χρησιμώτερον.
σιγὴ ποτ' ἐστὶν αἱρετωτέρα λόγου.
οὐ δεῖ σιωπᾶν καὶ λαλεῖν ὅπου χρεών.

εἰς συνείδησιν.

βροτοῖς ἅπασιν ἡ συνείδησις θεός.

εἰς τέχνην.

λιμὴν ἀτυχίας ἐστὶν ἀνθρώποις τέχνη.
τύχη τέχνην εὕρηκας, οὐ τέχνη τύχην.

εἰς τιμήν.

τιμώμενοι γὰρ πάντες ἥδονται βροτοί.

εἰς τόλμαν.

εὔτολμος εἶναι κρῖνε τολμηρὸς δὲ μή.
ἔστι δὲ τολμᾶν τῶν φίλ' ἀνδρὸς οὐ σοφοῦ.
προπέτεια πολλοῖς ἐστιν αἰτία κακῶν.
τὸ πολλὰ τολμᾶν, πολλ' ἁμαρτάνειν ποιεῖ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

1 Silebis aut melius dices ſilentio.

2 Silendo multis reſpondetur aptius.

Cauſa eſt malorum lingua plurium.

Decet ſilere melius, aut quid dicere.

Præſtat tacere quàm loqui indecentia.

Nil precioſius fuerit ſilentio.

Dictis ſilentium quandoq; præferas.

Non eſt tacendum, nec loquendum ubi expedit.

## QVAE AD SCIENTIAM.

Cuiq; eſt Dei loco ſua conſcientia.

## QVAE AD ARTIFICIVM.

Ars portus eſt confugiumq; infelicibus.

Fors artem, at haud quaquàm ars fortunam repperit

## QVAE AD HONOREM.

Pergratum honore eſt affici mortalibus.

## QVAE AD AVDACIAM.

Audax malis haberi quàm temerarius.

Amice ne temere quicquàm, hoc ſtulti eſt enim.

Multis malorum cauſa præcipitatio eſt.

Audere multa, peccare facit plurimum.



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

## εἰς τύχην.

ἄνθρωπος ὤν, μέμνησο τῆς κοινῆς τύχης.
βέβαιον οὐδὲν ἐν βίῳ δοκεῖ πέλειν.
δοὺς τῇ τύχῃ τι μικρόν, ἐκλήψῃ μέγα.
δυσπαρακολούθητον δὲ πρᾶγμ' ἐστὶν ἡ τύχη.
θεῶν μάχεσθαι δεινόν ἐστι καὶ τύχῃ.
οἷς μὲν δίδωσιν, οἷς δ' ἀφαιρεῖται τύχη.
πολλοὺς κακῶς πράσσοντας, ὤρθωσεν τύχη.
πᾶσιν γὰρ εὖ φρονοῦσι συμμαχεῖ τύχη.
ῥέγχει πρὸς ὅσης τῆς τύχης τὰ πράγματα.
στρέφει δὲ πάντα τὰν βίῳ μικρὰ τύχη.
τύχη τὰ θνητῶν πράγματ' οὐκ εὐβουλία.
ταὐτόματον ἡμῶν κάλλιω βουλεύεται.
τὰ θνητὰ πάντα μεταβολὰς πολλὰς ἔχει.
χειμὼν μεταβάλλει ῥᾳδίως εἰς εὐδίαν.
ὡς ποικίλον πρᾶγμ' ἐστὶ καὶ πλάνον τύχη.

## εἰς ὕβριν.

δύσμοιρος ἴσθι μᾶλλον, ἢ κακήγορος.
ξίφος τιτρώσκει σῶμα, τὸν δὲ νοῦν λόγος.
οὐδὲν πέπονθας δεινὸν ἂν μὴ προσποιῇ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

## QVAE AD FORTVNAM.

*Homo es, memor ſis caſuum communium.*

*Nihil poteſt firmum in uita uiderier.*

*Sorti dato parua, accepturus maxima.*

*Fortuna adeo res inacceſſa prorſus eſt.*

*Rhamnuſiæ repugnare & deo graue eſt.*

*Fortuna dat quibuſdam, ab aliis accipit.*

*Fortuna agentes multos iuuit perperam.*

*Sapientibus fortuna fert opem omnibus.*

*Adſit fortuna, & ſtertent ipſa negotia.*

*Facile omnia in uita ſors parua euerterit.*

*Non conſilium agit, at ſors res mortalium.*

*Caſus ſubitus quandoq; nobis conſulet.*

*Viciſsitudo ingens rerum eſt mortalium.*

*Sequitur facile tempeſtatem ſerenitas.*

*Varia admodum fortuna eademq; inſtabilis eſt.*

## QVAE AE CONTVMELIAM,

*Iniqua ſit mage ſors quàm maledicentia.*

*Corpus gladius, ſed uerba mentem uulnerant.*

*Paſſus nihil mali es, prius ni fœceris.*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

εἰς ὑγείαν.

οὐκ ἔστιν ὑγείας κρεῖττον οὐδὲν ἐν βίῳ.
ὑγεία καὶ νοῦς ἐσθλὰ τῷ βίῳ δύο.

εἰς ὑπερηφανίαν.

ἀλαζονείας οὔτις ἐκφεύγει δίκην.
ὅτ᾽ εὐτυχῇς μάλιστα μὴ μέγα φρόνει.

εἰς ὕπνον.

ὕπνος δὲ θανάτου τίς προμελέτησις πέλει.
ὕπνος δὲ πᾶσίν ἐστιν ὑγίεια βίου.
ὕπνος τὰ μικρὰ τοῦ θανάτου μυστήρια.
ὕπνος πέφυκε σώματος σωτηρία.
ὕπνος δὲ πεῖναν τὴν κακέχατον δαμᾷ.

εἰς ὑπομονήν.

ἀνδρὸς τὰ προσπίπτοντα γενναίως φέρειν.
ἔνεγκε λύπην καὶ βλάβην ἐρρωμένως.
κούφως φέρειν δεῖ τὰς παρεστώσας τύχας.
νίκα λογισμῷ τὴν παροῦσαν συμφοράν.
πειρῶ τύχης ἄγνοιαν εὐχερῶς φέρειν.
ῥᾷον παραινεῖν ἢ παθόντα καρτερεῖν.
στερρῶς φέρειν χρὴ συμφορὰν τὸν εὐγενῆ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

QVAE AD SANITATEM.

*Nil ſanitate eſt in uita præſtantius.*

*Vitæ bona ſunt, ualere & mente & corpore.*

QVAE AD SVPERBIAM.

*Superbiæ pœnas nemo unus effugit.*

*Minus efferare res tibi quom ſunt proſpere.*

QVAE AD SOMNVM.

*Mortis futuræ ſomnus præmeditatio eſt.*

*Valetudini bene confert ſomnus omnium.*

*Dormire quiddam habet mortis myſterij.*

*Sopor eſt ſalutaris, confertq́; corpori.*

*Famem malorum extremum, ſomnus edomat.*

QVAE AD PATIENTIAM.

*Toleraſſe ſtrenue quæ accidunt uiri eſt.*

*Feras dolorem æquo animo & damna ſtrenue.*

*Leniter feras oportet, ſi quid accidet.*

*Ratio calamitatem (ſi adſit) uicerit.*

*Inſcitiam ſortis grauatim non feras.*

*Leue eſt monere ferentem, at ferre mala graue eſt.*

*Animi eſt generoſi aduerſa ferre fortiter.*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

τὴν τῶν κρατούντων μάθε φέρειν ἐξουσίαν.
φρονοῦντός ἐστι ζημίαν ῥᾷον φέρειν.
φέρειν ἀνάγκη θνητὸν ὄντα τὴν τύχην.

εἰς φθόνον.

αὐτὸς πενωθεὶς τοῖς ἔχουσι μὴ φθόνει.

εἰς φίλους.

ἄδικον τὸ λυπεῖν τοὺς φίλους ἑκουσίως.
ἅπασιν εὖ πράττουσιν ἥδομαι φίλοις.
ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντος ἐκποδὼν φίλοι.
βέβαιος ἴσθι καὶ βεβαίως χρῶ φίλοις.
δεῖ τοὺς φιλοῦντας, πίστιν οὐ λόγους ἔχειν.
ἐν τοῖς δὲ δεινοῖς, χρημάτων κρείττων φίλος.
εὐχοῦ δ' ἔχειν τι κἂν ἔχῃς ἕξεις φίλους.
ἐν τοῖς κακοῖς δὲ τοὺς φίλους εὐεργέτει.
ἴσον θεῷ σοῦ τοὺς φίλους τιμᾶν θέλε.
ἰδίας νόμιζε τῶν φίλων τὰς συμφοράς.
κρίνει φίλους ὁ καιρὸς ὡς χρυσὸν τὸ πῦρ.
καλὸν τὸ μηδὲν εἰς φίλους ἁμαρτάνειν,
καλὸν θέαμα δ' ἐστὶν εὖ πράττων φίλος.
κακὸν φέρουσι καρπὸν οἱ κακοὶ φίλοι.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

*Magnatum oportet diſcas ferre potentiam.*
*Sapientis eſt pati iacturam fortiter.*
*Ferenda erit utcunq; ſors mortalibus.*

QVAE AD INVIDIAM.

*Rerum indigus, habentibus non inuide.*

QVAE AD AMICOS.

*Iniquum amicos præter cauſam offendere.*
*Felicitati applaudo amicorum omnium.*
*Virorum amici ſunt procul infelicium.*
*Conſtans eſto & conſtanter amicis utere.*
*Verbis opus non eſt amicis, ſed fide.*
*Aduerſitate opibus amicos præferes.*
*Habere opes cupias, amici aderunt ſimul.*
*Beneficus amicis eſto infelicibus.*
*Deorum honore amici habendi ſunt loco.*
*Mala eſtimes amicorum ceu propria.*
*Aurum ignis, at amicos tempus diiudicat.*
*Pulchrum eſt haud quaquàm in amiculos delinquere.*
*Felix amicus eſt decorum ſpectaculum.*
*Malorum amicorum malignus fructus eſt.*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

μισοῦντα μίσει καὶ φιλοῦνθ' ὑπερφίλει.
λίαν φιλῶν σεαυτὸν, οὐχ ἕξεις φίλον,
μὴ φεῦγ' ἑταῖρον ἐν κακοῖσι κείμενον.
μακάριος ὅστις ἔτυχε γενναίου φίλου.
μηδέποτε πειρῶ δύο φίλων εἶναι κριτής.
νόμιζ' ἀδελφοὺς τοὺς ἀληθινοὺς φίλους.
οὐκ ἔστιν οὐδεὶς, ὅστις οὐχ αὑτὸν φιλεῖ.
ὀργῆς χάριν τὰ κρυπτὰ μὴ κφάνῃς φίλου.
οὐκ ἔστιν οὐδὲν κτῆμα κάλλιον φίλου.
πειρῶ φίλοισι μὴ κακὸς γ' εἶναι φίλος.
πολλοὶ τραπέζης οὐκ ἀληθείας φίλοι.
τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν εὑρίσκει φίλους.
φίλον δι' ὀργὴν ἐν κακοῖς μὴ προΐδῃς.
φίλος φίλῳ γὰρ συμπονῶν αὑτῷ πονεῖ.
φίλου τρόπους γίνωσκε, μισήσῃς δὲ μή.
φίλος μέ βλάπτων οὐδὲν ἐχθροῦ διαφέρει.
φίλους ἔχων, νόμιζε θησαυροὺς ἔχειν.
φίλει δ' ἑαυτοῦ πλεῖον οὐδεὶς οὐδένα.
φιλίας δικαίας, κτῆσις ἀσφαλεστάτη.
φίλον βέβαιον ἐν κακοῖσι μὴ φοβοῦ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Odi odientem, at amicum amando uincito.
Amicus nulli eris te immodice diligens.
Malis caue fugias amicum expoſitum.
Felix cui amicus contigit generoſior.
Inter duos amicos caue ſis arbiter.
Amici habeantur ueri in fratrum loco.
Nemo unus eſt qui ſeſe haud quaquàm diligat.
Secreta animi tu iratus nunquàm prodito.
Nulla eſt amicorum melior poſſeßio.
Curato amicis eſſe amicus optimus.
Sunt ueri amici pauci, menſæ plurimi.
Opes amicos conciliant mortalibus.
Ne temne amicum infelicem ira percitus.
Cooperans amicis ipſe operatus eſt ſibi.
Mores amici noſcito non oderis.
Lædens me amicus nil differt ab hoſtibus.
Habens amicos theſauros hoſce æſtima.
Nemo ulli maior amicus quàm quisq; eſt ſibi.
Honeſte amicitiæ tutißima poſſeßio,
Conſtantem amicum ne time in malis.



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

εἰς φιλοπονίαν.

ἔργοις φιλόπονος ἴσθι μὴ λόγοις μόνον.
ἐν μυρίοις τὰ καλὰ γίγνεται πόνοις.
μοχθεῖν ἀνάγκη τοὺς θέλοντας εὐτυχεῖν.
φιλόπονος ἴσθι καὶ βίον κτίσῃ καλόν.
ὡς ἡδὺ τοῖς σοφοῖσι μεμνῆσθαι πόνων.
ὡς πολλὰ θνητοῖς ἡ χολὴ ποιεῖ κακά.
αὐτά σε διδάσκει τοῦ βίου τὰ πράγματα.

εἰς φρόνησιν.

ἀγαθὸν μέγιστον ἡ φρόνησις ἔστ' ἀεί.
ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται.
ἄριστόν ἐστι πάντ' ἐπίστασθαι καλά.
ἂν εὖ φρονῇς τὰ πάντα γ' εὐδαίμων ἔσῃ.
ἀεὶ κράτιστόν ἐστι τ' ἀσφαλέστατον.
ἔνιοι κακῶς φρονοῦσι πράσσοντες καλῶς.
ἐμπειρία γὰρ τῆς ἀπειρίας κρατεῖ.
βλέπων πεπαίδευμ' εἰς τὰ τῶν ἄλλων κακά.
οὐδείς γε πατὴρ φρόνησιν ἀντ' ὀργῆς ἔχων.
ἥδιστόν ἐστιν εὐτυχοῦντα, νοῦν, ἔχειν.
μισῶ σοφιστήν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

## QVAE AD LABORANDI ſtudium.

Strenuus opere eſto, non ſolum ſermonibus.

Conſtat honos plane innumeris laboribus.

Felix haberi uis? Labor adſit improbus.

Studio & labore honeſta uita prouenit.

Quàm dulce meminiſſe laborum eſt ſapientibus.

Quàm multa hominibus mala affert otium.

Vitæ doceberis uariis è caſibus.

## QVAE AD PRVDENTIAM.

Semper bonum eſt prudentia multo maximum.

Sermone qualitas uiri dignoſcitur.

Honeſta cuncta noſſe eſt longe optimum.

Felix eris, ſapies ſi recte in omnibus.

Eſt ſemper optimum, quod & tutiſſimum.

Quidam male ſapiunt etiam ſi agant feliciter.

Longe imperitia cedit experientiæ.

Periculo alieno ipſe euaſi cautior.

Iræ pater præfert mitis prudentiam.

Amœnius nihil cordato diuite.

Sapientem hunc odio qui parum ſapit ſibi.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

νοεῖν γὰρ ἐστι κρεῖττον ἢ σίαν ἔχειν.

συνετὸς πεφυκὼς φεῦγε τὴν κακουργίαν.

ὁ παρ' ἡλικίαν νοῦς, μῖσος ἐξεργάζεται.

οὐδεὶς ὃ νοεῖς μὲν οἶδεν ὃ δὲ ποιεῖς βλέπει.

οὐ πανταχοῦ δ' ὁ φρόνιμος ἁρμόττειν δοκεῖ.

τὸ μηδὲν εἰκῆ, πανταχοῦ ἐστὶ χρήσιμον.

ψυχῆς μέγας χαλινὸς ἀνθρώποις ὁ νοῦς.

ὡς οὐδὲν ἡ μάθησις ἢν μὴ νοῦς παρῇ.

εἰς φύσιν.

ἡ δοῦσα πάντα καὶ κομίζεται φύσις.

ἡ φύσις ἑκάστου τῆς φύσεως ἐστὶν πατρίς.

ἡ φύσις ἁπάντων τῶν διδαγμάτων κρατεῖ.

